



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

3. Incendium cuiuscunque rei malitiosum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

ritu funeris, Item pulsus cantus,
comitatus &c. [B] & utrinq; si vio-
letur scienter peccatur mortaliter.

[A] certum est personas verbi gratia
nominatim interdictas & si Clerici
sint, non posse sepeliri in loco sacro
ex Clemēt. . . de Sepulturis [B] ex
Cap. Quod in s. de pœnit. & re-
mis. lib. 5. decret. tit. 58. in loco
autem prophano quamcumuis in-
terdicto quilibet sepeliri potest,
quamvis Clerus solemni rite non
possit comitari funus. Clericus ta-
men in Generali Interdicto locali
cuius causa non extitit, potest in
loco sacro sine pulsu & cantu sepe-
liri, quod si seruetur Moderatio in
Cap. Alma Mater, licebit præ-
fatis diebus pulsare campanas, diui-
nas officia pro defunctis obire aliasq;
pompas funebres instituere. Con-
ting de 17. dub. 2. n. 51.

III. Incendium Ecclesiæ, sege-
tum domorum &c, malitiosè, &

ex

ex proposito patratum mortale est peccatum, & maius censetur inferre damnum, ex accidenti quam simplex futum.

Vide supra dicta de Incendiariis
Qui teste etiam Less. l. 2. c. 45.
dub. 4. n. 21. Contra communem
Canonistarum ipso facto non
sunt excommunicati.

IV. Pollutio Ecclesiæ, vel Cæmeterii per effusionem sanguinis
& seminis.

Quinque modis polluitur Ecclesia consecrata 1. per iniuriosam
humani sanguinis effusionem scilicet in notabili quantitate [A] inde
non sufficit duas vel tres guttas
elici, nec Ecclesiæ pollutio tantum
sequitur ex sanguine decidente in
pauimentum, sed multò magis ex
iniuriosa læsione, quæ effusionem
causat 2. per iniuriosam hominis
occisionem, etiamsi nullus eliciatur
sanguis v. g. suffocatione, laqueo &c. [B] 3. per illicitam hu-

manū